



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An Christi, an Euangelista verba sint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

potuit famulum, cur non etiam ipse fatigationi sue mederi potuisset?

V. 7. Syrus, indignus sui, conuenienter modestiae centurionis.

V. 8. Syrus, habens sub manibus meis milites. Verbum nominat, & turbam copiosam praesentem refert. vt tanti miraculi testes plurimos fuisse ostendat.

V. 11. Naim in radice montis Hermon est, à Thabor distans bis mille passibus. Hieron. in Epitap. Paulæ ad Eustochium, & locis Hebraicis. Brochardus in descript. terræ sanctæ c. 5.

Non est Naioch. i. Reg. 19. illa enim & alio situ, & nomine dicitur, ad radices Hermon.

V. 11. Vocatur Syriacè נַאִי נַאִי Nain.

Hermon autem è Sidonis Sarion appellatur, Ab Amorrhæis Sanir. Deut. 4. Ios. 15. 88. 1. Par. 5. Eum triplicem faciunt, alium in Thechenitide, alium prope Thabor. Hunc autem esse, quem scriptura vocat montem modicum.

Extra portas sepeliebantur omnes veteri instituto. v. 12. Consilio occurrit ad portam, vt plurimi essent miraculi testes, & fidem amplecterentur. Cum autem effertent, mortuum esse constabat. Erat verò vnicus & viduae filius, & adolescens. Misericordia motus non rogatus suscitatur.

V. 11. Deinceps, exemplaria habent ferè 20 in iis diebus sequenti, sed Theophylactus & alii in iis diebus tempore sequenti. Syrus tamen expressè לַיּוֹמָהּ בַּיּוֹמָהּ die sequenti. De tempore non die intelligi, ideoq; legendum est. & Syrum quoq; corrigendum ratio temporis docet. Sanato enim Centurionis seruo, venit domum Petri, locrum Sanat, & vesperè multos alios. Mat. 8. 15. Non igitur illa die Capharnaumo discessit: nisi igitur noctu iter fecisse dicamus, non poruit altera die ad eum maturè venisse Nain, vt funeri occurreret. iter enim diei fuit.

V. 12. Beza pro ἡ χίεσ, legit, ἡ χίεσ, sed repugnant exemplaria græca, latina, Syriac. Syrus enim expressè, ἡ ψάμα στερεῖται ἐστὶν ἡ ψάμα. Pro eo autè, quod est in notis: Ecce desumit esse ferè. Syrus habet, & vidit comitantem mortuum. Quod cur vertit, cogitare non possum.

Alloquitur adolescentem, quia Deo, omnes sunt preterentes, & auctoritate propria illum vitæ restituit. Ezechiel 37. 45. audia ossa iubet audire verbum Domini. Petrus Act. 9. v. 40. Surge, sed non addit dico, quia aliena auctoritate suscitabat.

V. 14. Allegoria apud Ambr. & Aug. Serm. 44. de verbis Domini. Greg. in exposit. Psal. 4. pœnit. Theophyl. Alexand.

VERSVS 16.

Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

QVÆSTIO I.

Quem prophetam magnam putant?

§. 1. Non modo vt virum eximia sanctitatis celebrant, sed Messiam esse affirmant. Nam Ioannes erat etiam propheta, & ante eum Zacharias, Simeon, Anna, cum verò Pharisei Ioannem putarent Christum, quid mirum est populum miraculi magnitudine attonitū, mortis domini credidisse Messiam.

Magnum prophetam Syrus appellat נַאִי נַאִי rabba.

§. 2. Beda arbitratur etiam Deum credidisse, quia adiungunt, Et quia Deus visitauit plebem suam. Verū sensus ille esse potest Deum misso propheta visitasse.

V. 22. Necprobo quod is qui Syrum vertit latine, di-

xerit, pauperibus euangelizatur, cum sit in Syro participium מִסְתַּבְּרִין Meist haberin sua parati. Quia.

V. 23. Qui non fuerit scandalizatus. Syriacè מִלֵּב בְּרִי דֵּלֵת נֶחֱשֶׁבֶל בִּי deli nethesebel bi qui non incidit vel impugnet in me, seruata accuratè Metaphorà.

V. 25. Vestem preciosam vocat ἡ δέξω. Græcus vti & Syrus eodem recidit.

V. 30. Syrus: Pharisei calumniati sunt apud se voluntatem Dei, est n. בְּנֵפֶשׁוֹ בֵּנֵפֶשׁוֹ benaphsebu, in anima sua,

VERSVS 29.

Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis?

QVÆSTIO I.

An Christi, an Euangelistæ verba sint?

§. 1. Ambrosius quasi Christi verba referre dicitur, consentiunt Beda, Euthym. & D. Thomas. Christus enim laudato Ioanne, rectè factum à populo, & publicanis affirmat, quod Deum iustificauerint, & baptizati sint. Improbè Phariseos, qui remedium salutis à Deo oblatum spreuerint. In eadem sententià est Maldonatus. Neq; enim causam esse putant, cur Christi orationem Euangelista interperat; Deinde, inquit, illa dictio, ergo, qua statim sequitur v. 31. non solum inducit, sed plane ostendit continuatam fuisse orationem Christi, colligit n. Christus non ex iis, qua Euangelista, sed ex iis qua ipse dixit. Cui ergo similes dicam etc. Non potest autem colligere, nisi ex illis verbis, Pharisei autem, & legisperiti spreuerunt consilium Dei: illa ergo verba ipse dixit.

Præterea eodem tempore iustificauerunt Deum, & sunt baptizati; non autem iam, cum Christus illa diceret, baptismum Ioannis susceperunt.

Denique hæc verba, ait autem Dominus, in plerisq; non inueniuntur.

In semetipso spernere dicuntur, quia aduersum ipsos auctores superbiã tandem proficit. Non enim medico nocere solet Phrenesis ægroti, sed illi qui aduersus remedia contumax est.

Postrema ratio probabilitatem habet, nam in Syriacis libris, multiq; Græcis & Latinis illa verba desiderantur, cum tamen in pluribus habeantur, atq; etiam in vltimâ correctissimâq; editione, conuincitur potius verba Euangelistæ esse, cur enim interponeret ait autem dominus, nisi aliquid orationi interposuisset: sensus autem, est omnem populum audito Ioanne Deū iustificasse, approbasse, laudasse eius consilium, speruisse autem illud Phariseos. Ambros. Aperuit, inquit, sanctus Lucas specialibus additis, quod quasi generalibus sanctus Mattheus suo obsecrum reliquerat. Ille enim ait, & iustificata est sapientia à filio suo. Ex quibus non constat, Christum an Luca verba existimare, sed cum addat verba sequentia, ait autem Dominus, Luca potius existimant.

Exitabile illis fuit Dei spreuisse consilium in semetipso in animo suo. Sanctè & prudenter Ambrosius: Non contemnamur igitur, inquit, sicut Pharisei consilium Dei. Consilium Dei est in baptismo Ioannis: quia igitur dicitur Dei esse consilium in Christi lauacro? Hoc est consilium, quod in ignis consilij Angelus reperit, quod nemo cognouit. Quis enim cognouit sensum Domini? Homini consilium nemo contemnit. Dei consilium quis refuset? Ergo quasi filij matrem iustificemus, matrè sequamur. Scimus quia mater pro filij se offerre periculo. Matrè sapientie consilio, Matrè obediãmus imperio.

Malitia eorum inde cognoscitur, quod dæmonium Ioanni tribuant.

V. 33. Dæmonium habet, non modo τὰ δαιμόνια seu afflens, sed vt est in Syro שְׂחִידָא אִיבֵי Schidaa ihibeh, dæmonium est in eo.

VER-